

FLORA.

№ 10.

Regensburg. Ausgegeben den 29. März.

1865.

Inhalt. W. Nylander: *Lecideae adhuc quaedam europaeae novae.* — Litteratur. — Zur Frage der Baumwoll-Cultur in den venetianischen Provinzen. — Personalmeldungen. — Botanische Notizen. — Botanische Neuigkeiten im Buchhandel. — Getrocknete Pflanzensammlungen.

Lecideae adhuc quaedam europaeae novae.
Exposuit W. Nylander.

In numero primo Florae hujus anni definitiones dedi *Lecidearum* 17 novarum in Europa ultimis annis detectarum. Hic nonnullas addere liceat species, quae vix sint minus notabiles.

1. *Lecidea ocelliformis* Nyl.

Thallus obsoletus; apothecia livida vel sordide coerulescentia (latit. 0,5—0,6 millim.) plana vel planiuscula immarginata (marginem scilicet haud prominulo incolore), conceptaculo corneo-albicante, intus incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae simplices, longit. 0,009—0,0015, crassit. 0,0035—0,0045 millim. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde sordide vinose lutescens.

In Finlandia media ad corticem *Sorbi aucupariae*. Legit praestantissimus J. P. Norrlin¹⁾. A. *L. turgidula* distincta

1) Dominus Norrlin plurimos ibi Lichenes eximios invenit. Tales hoc loco citentur ex gr. *Pyrenopsis fuliginea* (Wahlbg.), *P. grumulifera* Nyl. (cum sporis), *Leptogium humosum* Nyl., *Trachylia subsimilis* Nyl., *Contocybe gracilentia* Ach., *Calicium viridulum* Ach., *C. citrinum* Leight., *C. pustulum* Ach., *Stereocaulium gompholoides* n. g. et n. sp., *Stereocaulon cupriniforme* Nyl., *Lecidea geophana* Nyl., *L. gyallia* Nyl., *L. apochrocella* Nyl., *Thelocarpon Laurerii* (Flöt.), etc.

Flora 1865.

10

praesertim apotheciis planiusculis, margine subflexuoso albicante (non autem prominulo). Paraphyses haud discretæ, epithecium et hypothecium incoloria.

2. *Lecidea hypoptella* Nyl.

Thallus macula albida indeterminata indicatus; apothecia pallido-subfusca vel sordide fuscescens minima (latit. 0.2—0.3 millim.), plana vel planiuscula, margine pallido cineta; sporae 8nae incolores simplices vel leviter 1-septatae, longit. 0.009—0.011, crassit. 0.0029—0.0030 millim., paraphyses haud discretæ, hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo coerulescens, dein sordide vinose tincta.

Ad lignum alni in Finlandia media (J. P. Norrlin). Sporae in hac specie sicut in *Lecidea globulosa*, sed apothecia omnino alia.

3. *Lecidea melaenida* Nyl.

Thallus vix ullus visibilis vel macula pallescente indicatus; apothecia nigra (latit. 0.6 millim. vel minora) convexa (immarginata), intus nigricantia; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae 1-septatae, longit. 0.010—14, crassit. circiter 0.0045 millim., paraphyses non discretæ, hypothecium infuscatum (fusconigrum), paraphyses non discretæ, epithecium non obscuratum. Gelatina hymenea iodo intense coerulescens.

Ad Perrières supra terram (ex hb. Lenormand).

4. *Lecidea prasinoidea* Nyl.

Thallus virens tenuis subgranulatus vel tenuissimus subleprosus indeterminatus; apothecia carneo-pallida minima (latit. 0.2—0.3 millim.), planiuscula, obtuse vel obsolete marginata (vel in sicco statu marginem nullum distinctum praebentia, sed in humido corneo-hyalinum), intus incoloria; sporae 8nae incolores bacillares vel fusiformi-bacillares, 1—3-septatae, longit. 0.012—21, crassit. 0.0025—0.0035 millim., paraphyses sat graciles (etiam apice incolores), hypothecium incolor. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (etiam thecae ita tinctae).

Ad calcem in Vallée de Campan Pyrenaeorum. Legit praestantissimus Ch. Larbalestier. Facie est haec species *Lecideae luteolae* var. *chloroticae* Ach.¹⁾, sed sporis etiam brevioribus quam in communi *L. bacillifera* Nyl.

1) A *L. luteola* var. *chlorotica* Ach. aegre distingui possit ab *inundata* Fr. Lich. Europ. p. 261 (*Arnoldiana* Krb.). Nomina, quoad fieri potest, sensu

5. *Lecidea separabilis* Nyl.

Thallus sordide lutescens tenuiter leprosus effusus; apothecia lurido-nigricantia vel nigra opaca plana (latit. 0,6—0,7 millim.), marginata, intus obscure fusca (linea solum hymeniali albido-cinerascens); sporae bacillares 3—7-septatae, longit. 0,025—32, crassit. 0,003—4 millim., paraphyses fere mediocres, hypothecium fuscescens. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente coerulescentia levi).

Ad corticem abietis in Finlandia media (Norrlin). Affinis *L. incomptae* Borr., sed differens thallo, paraphysibus, etc.

6. *Lecidea egenula* Nyl.

Thallus cinerascens obsoletus; apothecia nigricantia vel obscure fusciscentia opaca parvula (latit. 0,25 millim. vel minora), plana obtuse marginata vel immarginata, intus pallido-albida (centro dilute fusciscentia); sporae aciculares (simplices vel septulis indistinctis), longit. 0,020—38, crassit. 0,0015—0,0020 millim., paraphyses haud discretas (crassiusculas apice clavato saepissime in colore vel parum distinctas), hypothecium superne (centro) luteo-fusciscentia (lamina tenui visum), epithecium incolor vel subincolor. Gelatina hymenea iodo vinose rubens (praecedente coerulescentia).

Ad saxa arenaria sylvae Fontainebleau. Apotheciis minutis nigricantibus planis, sporis tenuibus et hypothecio differt ab affini *arceutina* Ach. ¹⁾

7. *Lecidea premneoides* Ach.

Thallus pallido-virescens vel cineraceo-virescens tenuiter leprosus effusus; apothecia nigra mediocria marginata plana, epithecio interdum subvirescenti-suffuso; sporae 8-nae incolores oblongae (obsolete vel tenuiter 3-septatae), longit. 0,019—25, crassit. 0,007—8 millim., paraphyses gracilescentes, hypothecium nigrum. Gelatina hymenea iodo vinose rubens.

eorum primo sunt concipienda. *Achariana chlorotica* „in ramulis arborum exsiccatis“ convenit cum *arceutina* var. *albescens* Stzb., et praetervidere fas sit si aliae species extus subsimiles ab Achario posterius admixtae fuerunt. Non herbariis nimia fides est tribuenda, nec in iis unicis quaeratur fons nominum, sed consulantur etiam descriptiones primae et stationes primo citatae.

1) Archetypicam *arceutinam* Ach. junipericolam legit in Prussia orientali cl. Ohlert. *L. egenula* jam sporis differt a *subincompta* Nyl. (*B. atrosanguinea* Hepp, quod nomen jam dudum alii speciei generis datum est).

Supra muros in insula Jersey (Larbalestier). Affinis est haecce specis *L. aromatica* Ach. et *granosae* Tuck.; facies ut in *L. premnea* Ach. ¹⁾.

8. *Lecidea diducens* Nyl.

Thallus vix ullus; apothecia nigra mediocria plana marginata (margine saepius flexuoso) intus obscura; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae, longit. 0,008—9, crassit. 0,0035—0,0045 millim., hypothecium fuscum, paraphyses crassae distinctae (crass. circiter 0,0035 millim.) apice clavato nigro vel nigricante. Gelatina hymenea iodo coerulescens.

Supra saxa feldspathica in insula Jersey (Larbalestier). Apotheciis aggregatis, sine thallo, sporis parvulis, paraphysibus crassis distincta species.

9. *Lecidea polyporina* Nyl.

Similis omnino *L. parasiticae* Flk. differens vero paraphysibus mediocribus distinctis apice fusciscenti-clavatis. Sporae 8nae dilute fusco-nigrescentes oblongae (rectae vel leviter curvulae), longit. 0,012—18, crassit. 0,004—6 millim. Gelatina hymenea iodo coerulescens, thecae apice intensius tinctae.

Supra pileum *Polypori* vetusti in Finlandia media (Norrlin). Hypothecium lutescens, epithecium fusciscens. Thallus vix ullus visibilis. Sporis et hypothecio mox differt a *L. sociella* Nyl.

10. *Lecidea plebeja* Nyl.

Thallus macula albida indeterminata indicatus; apothecia nigra (latit. 0,4—0,5 millim.) plana marginata vel planiuscula immarginata; sporae 8nae incolores ellipsoideae vel oblongae simplices, longit. 0,007—0,011, crassit. 0,003—4 millim., paraphyses discretae, epithecium et hypothecium fusciscentia. Gelatina hymenea iodo coerulescens, deinde sordide vinose tincta.

Ad lignum pini in Finlandia media (Norrlin). Affinis *Lecideae Friesii* Ach., sed ecrustacea et apotheciis nonnihil aliis. Lamina tenuis apothecii fere sicut in *L. sarcogynoide* Krb., parte subhymeniali obscuriore.

1) In *L. granosa* Tuck. thallus albidus vel albidocinereus, apothecia minora, etc.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1865

Band/Volume: [48](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Lecideae adhuc quaedam europaeae novae 145-148](#)